№ 15.

IOH. ANDR. DANZII

מרקדק

SIVE

COMPENDIVM GRAMMATICAE HEBRAEÆ,

SEIVNCTO

CHALDAISMO,

AD ARCTIORES LIMITES REDACTVM.

ACCESSERVNT

I. Paradigmata Verborum Perf. & Imperf.
II. Syntaxis & Idiotiſmi Hebræorum.
III. Accentuatio Proſaica.
IV. Copia ıɔxxx. Vocabulorum, in xxiv. penſa digeſtorum, una cum Oratione Domin. Ebræa.
V. Quatuor priora Capita Geneſeos.
VI. Brevis Manuductio ad Analyſin Grammaticam.

OPERA ET STVDIO.

IOAN. HENRICI ZOPFII.

Editio 3. a mendis prioribus longe emendatior reddita

LABORE ET STVDIO

M. IOH. CHRISTOPH. MYLII, *Buttſtad-Thur.*

BIBLIOTHECAR. ET ADIVNCTI IENENSIS.

IENAE,
EX OFFICINA BIELCKIANA.
M DCC XLVIII.

Digitized by Google

VIRIS
MAGNIFICIS, EXCELLENTISSIMIS ATQVE LONGE CELEBERRIMIS

CHRISTOPHORO AVG. HEVMANNO,

S. S. THEOL. NEC NON PHILOSOPHIAE DOCT. ET PROFESSORI PVBLICO, ORDINARIO IN ACADEMIA REGIA GOETTINGENSI.

IOHANNI MATTHIAE GESNERO,

ELOQVENTIAE ET POESEOS PROFESSORI IN EADEM ACADEMIA PVBLICO, ORDINARIO; NEC NON SCHOLARVM PER TRACTVM DITIONIS HANNOVERANAE, ET SEMINARII PHILOLOGICI GOETTINGENSIS INSPECTORI ATQVE DIRECTORI GRAVISSIMO.

Digitized by Google

IOHANNI ERHARDO KAPPIO,

ELOQVENTIAE IN ACADEMIA REGIO-ELECTORALI LIPSIENSI PVBLICO ORDINARIO, COLLEGII MAIORIS PRINCIPVM SOCIO, ET ACADEMIAE DECEMVIRO,

IOHANNI GODOFREDO TYMPIO,

LINGVAR. ORIENTALIVM IN ACADEMIA NOSTRA IENENSI, A SERENISSIMIS SAXONIAE DVCIBVS CONSTITVTA, PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO.

NEC NON
VIRIS PRAECELLENTISSIMIS

IOHANNI ANDREAE
BVTTSTEDTIO,

ILLVSTRIS GYMNASII, QVOD GERAE FLORET, ET AB ILLVSTRISSIMIS RVTHENORVM STIRPIS COMITIBVS CONSERVATVR, DIRECTORI MERITISSIMO.

M. PAVLLO DANIELI
LONGOLIO,

RECTORI GYMNASII CVRIENSIS AD REGNITIAM MERITISSIMO, ET ADSESSORI ORDINIS PHILOSOPHORVM LIPSIENSIS AMPLISSIMO.

M. IOHANNI GOTTL.

BIDERMANNO

SCHOLAE FREIBERGENSIS RE-

CTORI MERITISSIMO,

PATRONIS ATQVE FAVTORIBVS SVIS,

OMNI HONORIS ET PIETATIS

CVLTV PERPETVO PROSEQVENDIS

HANC NOVAM COMPENDII DANZIO-

ZOPFFIANI EDITIONEM,

EA, QVAE TAM ILLVSTRIBVS ET CELEBERRIMIS,

IN REPVBLICA LITTERARIA NOMINIBVS

DEBETVR, OBSERVANTIA

DEDICAT ATQVE CONSECRAT

EDITOR.

Iamdu-

Iamdudum, VIRI MAGNIFICI, EXCELLENTISSIMI, ATQVE PRAECLARISSIMI, PATRONI ET FAVTORES, PIO HONORIS ATQVE OBSERVANTIAE CVLTV PROSEQVENDI, commodam optaui occaſionem, qua VOBIS omnibus atque ſingulis mentem meam, quam uariis, iisque inſignibus in me beneuolentiae documentis VOBIS reddidiſtis obſtrictiſſimam, publice declararem, et gratiſſimum praeſtantiſſimo Patrocinio Veſtro exhiberem animum. Longo enim abhinc tempore multis Patrocinii Veſtri beneficiis me cumulaſtis, ut per totum uitae meae decurſum habeam, quod in perſonis ueſtris illuſtribus, ſumma gratiſſimi animi pietate uenerer. TV praeſertim,

EXCELLENTISSIME GESNERE, quem fauſtiſſimo fato in illuſtri Gymnaſio Vinarienſi praeceptorem quondam nactus ſum fideliſſimum, non ſolum praeſtantiſſimo exemplo et optimis monitis tuis conſtantiſſimum mihi inſtillaſti et confirmaſti in linguas ſanctiores amorem; ſed et praeceptis, quibus in addiſcendis felici ſucceſſu hiſce linguis imbui ſolent iuuenum ingenia, largiter omnino per aliquot annos animum meum inſtruxiſti, ut in linguarum orientalium ſtudiis, alacriter tractandis, ſine remora deinde in academia noſtra Ienenſi, et per totum uitae meae academicae ſpatium, optatos progreſſus facere potuerim, quae etiam hoc ipſo tempore eas fere unice mihi pariunt delicias, ad recreandum ſubinde animum neceſſarias. Reliqui autem, quibus opuſculum hoc grammaticum dedicaui atque conſecraui, Fautores et Patroni non ſolum impenſe linguarum orientalium ſtudiis, eorumque cultoribus fauent; ſed et plerique eadem litterarum ſtudia partim in celeberrimis academiis, partim in illuſtribus Gymnaſiis et Scholis doctrina atque inſtitutione ſua ornant et amplificant; cui igitur, maiori iure hunc libellum, quam VOBIS, VIRI MAGNIFICI, EXCELLENTISSI-

TISSIMI ATQVE PRAECLARISSIMI, conſecrarem, reperire poteram neminem. Vos enim optime linguarum orientalium ſtudia ſuo aeſtimare ſoletis pretio; Vos ipſi quotidie in illa ornanda atque propaganda ueſtrum impenditis ſtudium; Vos ipſi ingenuo amore proſequimini ſanctiorum talium linguarum cultores. Quis ergo non uidet? me amplificando et ſperando huius opuſculi grammatici uſui non melius proſpicere potuiſſe, quam ſi illud tam illuſtrium et hisce in linguis uerſatiſſimorum uirorum Patrocinio epiſtola hacce nuncupatoria ſubmiſſe commendarem. Qua ratione fieri poſſe putabam, ut diligentius ad hoc, quod curae et patrocinio ſuo quam optime commendatum cognoſcebant opuſculum, nouis in dies philologicis obſeruationibus illuſtrandum, emendandum atque ſupplendum, converterent ſtudium; illud auditoribus ſuis academicis et ſcholaſticis notius redderent, uſibusque illorum ſatis accommodatum eſſe profiterentur; praeſertim ſi tam doctorum uirorum, quales VOS omnes eſſe nemo eſt qui ignorat, ad expoliendum et perficiendum hoc opuſculum precibus hiſce meis expeti et impetrari poſſet commune ſtudium; quod ſi huic opuſculo a ſingulis, qui-

bus

bus commodo, ut, arbitror, meo conſilio conſecratum eſt, tribueretur, non poteſt non fieri, quin breui tempore Compendium hoc Grammaticae hebraicae Danzio - Zopffianum, omnibus numeris reddatur longe perfectius atque utilius, ceterisque huius linguae Compendiis Grammaticis, ab omnibus indolis linguarum uiris peritiſſimis, praeferatur atque anteponatur. Quae fata ex animo libello huic precor feliciora, et a commendatione uirorum tam celebrium eodem ſtudio et obſeruantia, quibus mihi perpetuum eorum fauorem et Patrocinium, expecto atque ſpero. Valete VIRI MAGNIFICI, EXCELLENTISSIMI ATQVE PRAECLARISSIMI, PATRONI ET FAVTORES PIE VENERANDI, atque fauere pergite

MAGNIFICORVM
EXCELLENTISSIMORVM ATQVE PRAECLARISSIMORVM NOMINVM VESTRORVM,

Scribebam Ienae
in Academia Salana
die I. Februarii
MDCCXXXXVIIII.

Cultori obſeruantiſſimo,
M. IOH. CHRISTOPH MYLIO.

LECTORI CANDIDO
S.

Longiori præfamine ſuperſedere nobis licet, cum præſtantiſſimo huic operi Danziano quid additum demtumve ſit, ipſe loquatur titulus. Hoc eris monendus, in ipſo hoc CEL. DANZII Compendio vix quidquam eſſe mutatum. Quæ autem illuſtrationis cauſſa paſſim inſeruimus, quæ pauca ſunt, ea hoc incluſionis ſigno [] a textu Danziano diſtincta animadvertes, *Syntaxin & idio-*

tiſmos

tiſſimos Hebræorum, ex Interprete B. DANZII, & Summe Venerab. D. MICHAELIS Libro Grammatices tertio, qua fieri potuit, brevitate, congeſſimus. Nec parum utilitatis inde percipient hujus linguæ cultores, aliquantulum in lectione Codicis jam verſati, ſi loca quævis citata in ipſo Codice evolvere, explicare, & exemplum ad Regulam adplicare jubeantur. Adjecta *Vocabulorum DXXX. Copia*, memoriæ fideliter mandata, ſufficiet: cum reliqua continuo lectionis uſu facilius addiſcantur. Quo autem tenacius hæ voces diſcentibus hæreant, conſultum utique fuerit, in ipſa expoſitione Grammatices, easdem ſubinde exercere, & præcepta illis adcommodare. Methodum *Analyſeos Grammaticæ*, cujus in fine exempla quædam annexa conſpica-

ſpicaris, ut reliqua linguæ ſanctioris præſidia, totam CELEB. DN. RVSIO, Præceptori antehac noſtro ad cineres Colendo, nos ferre acceptam, eo honorificentius fatemur, quo plus commodi ea nobis in informatione juuentutis publica & priuata adhuc præſtitit. Cæterum Priora quinque Geneſeos capita & partem ſexti recenſuit, & ſingularum vocum rationem Grammaticam, ſecundum principia Danziana, breviter quidem, ſed laudabili admodum ſtudio, expoſuit CL. M. JO. GOTTFRID. TYMPE, nunc celeberr. linguar. Oriental. in academ. Ienenſi Profeſſor publ. Ordinarius, cujus opuſculum exiguæ molis, cum hac editione Grammatices commode poterit compingi. Neque dubium eſt, quin linguæ Hebrææ cultor, ſi, bonum na-

ctus ducem, in prioribus hiſce Geneſeos capitibus probe fuerit exercitatus, reliquas moleſtias ac difficultates vel ſuo Marte ſit facile ſuperaturus. Tu, ſi viſum fuerit, L. B. utere nobiscum hoc linguæ Hebrææ adminiculo, & ipſo, opinor, uſu intelliges, qualemcunque operam hanc noſtram, commoditatem Tibi adlaturam non omnino nullam. Vale & hoc, quidquid eſt, boni conſule. Scrib. Eſſendiæ in Comitatu Marcano.

D. xx. Iul. cIↃ IↃCCXXXIV.

PRAE-

PRAEFATIO NOVA
AD TERTIAM COMPENDII, EX. B. DANZII GRAMMATICAE EBRAICAE COMPENDIO, A PRAENOBILISSIMO ZOPFIO CONCINNATI, EDITIONEM.

Mirum forſitan nonnullis uidebitur, ex Compendio quodam aliud concinnare Compendium; ſed non leues fuerunt cauſſae, quae praenobiliſſimum ZOPFIVM (*a*) quondam commouerunt, ut b. noſtri DANZII Compendium Grammaticae ebraicae in arctius adhuc Compen-

dium

(a) Qui olim fuit Praeceptor in Paedagogio regio Halenſi, hoc autem tempore Directoris munere in Gymnaſio *Eſſendinenſi* (zu Eſſen. urbe quadam Weſtphaliae, qua in urbe abbatiſſa, ad ſacri rom. imperii ordines referenda, ſedem ſuam obtinet ordinariam) nec non Paſtoris et Conſiſtorii Aſſeſſoris munere in eadem urbe adhuc fungitur, cuius frater germanus. M. HENRIC. CHRISTIAN. ZOPFIVS in ipſa urbe noſtra *Iena*, apud ſororem ſuam, b. D. et Prof.

BVD-

dium redigeret. Primum enim praenobiliſſ. ZOPFIVS uſu didicerat, non omnes, ſed tantum pauciores linguae ſanctae, ſiue ebraeae ſtudioſos, perceptis huius linguae principiis, ad addiſcenda linguae chaldaicae (quae nonnullas codicis ſacri in uaticinio prophetae Danielis, libro Esdrae, aliisque in locis biblicis conſtituit particulas) tranſire etiam principia, ſed ſubſiſtere tantum in qualicunque linguae ebraeae notitia; his igitur, non absque ratione ſufficiente, moleſtum fore arbitrabatur, ſi regulis, ad percipiendam linguam ebraicam neceſſariis, intermixtas uiderent regulas, linguae chaldaicae addiſcendae deſtinatas, ita ut non una ſerie regulas, ad linguae ebraicae ſtudium pertinentes, oculis luſtrare poſſent, ſed interrupta ſerie modo ebraicae, modo chaldaicae linguae regulas, alternatim in plerisque paragraphis poſitas, animaduerterent, et ſic interdum dubii redderentur, (ſi non attenta ſemper mente ad ſigna, diſcernendis linguae ebraicae et chaldaicae praeceptis a b. DANZIO attributa, reſpexerint) quaenam de lingua ebraea, uel chaldaea ualerent praecepta.

BVDDEI relictam uiduam, multis iamdum abhinc annis uitam degit, et in poſterum quoque deget, a quo ipſa certior factus ſum, auctorem huius compendii, fratrem ſcil. ſuum germanum, *Eſſendiae* adhuc inter uiuos eſſe ſuperſtitem, et antea indicata adhuc adminiſtrare munera publica.

cepta. Deinde praenobiliſſimus eo tempore, nunc maxime reuerendus M. ZOPFIVS recte omnino iudicauit, non coaceruatam exemplorum copiam, ſed paucorum exemplorum ſelectum ad ſolidam perducere linguae ebraeae notitiam, et quamlibet Grammaticam eo utiliorem eſſe ſolere, quo minus nimio uel regularum, uel exemplorum laboret apparatu; hinc conſultum eſſe duxit, omittere in Compendio hoc ſuo mere hebraico, (*b*) exempla ſuperflua, regulis plerisque omnibus ſubiecta. Regulas autem ipſas a b. DANZIO ad comparandam linguae ebraeae facultatem in Compendio Grammaticae ſuae Ebraeo-Chaldaicae ſuppeditatas, non ſolum reſeruauit integras, nec mutilans eas, nec ad pauciores lineas redigens; ſed etiam paſſim ad illuſtrandas et ſupplendas has uel illas b. DANZII regulas addidit nonnulla, quae in Collegiis ſuis, praeſertim ap. b. Prof. et Doct. RVSIVM, quondam in noſtra hac academia, cum maximo doctrinae ſuae augmento frequentatis, ad cognoſcendam penitius linguae ebraeae indolem perceperat; quae additamenta uncis ſemper incluſit, ut hoc diſcrimine lectores compendii ſui admoneret, uncis incluſa non ab ipſo b. DANZIO, ſed

ex

(b) Nam b. DANZII Compendium non mere hebraicum, ſed Hebraeo-Chaldaicum uocari debere in aprico eſt.

ex b. RVSII Collegiis, uel ipſius ZOPFII meditationibus atque obſeruationibus ſuam habuiſſe originem. Quantopere autem optarem! mihi uel per Compendii huius ZOPFIANI rationem, uel per illius, qui ad excudendam hanc nouam Compendii ZOPFIANI editionem ſumtus ſuppeditauit, licuiſſe uoluntatem, nonnullas, easque non leui ſtudio, uel exiguo numero ex Collegiis Philologicis, praeſertim b. D. RVSII, (uiri, de linguis orientalibus apud omnes harum linguarum ſtudioſos meritiſſimi) aliorumque academiae noſtrae Ienenſis celebriorum Philologorum Collegiis et ſcriptis, per multos abhinc annos, collectas a me obſeruationes, ad amplificandum grammaticum linguae ebraeae ſtudium multum adiumenti omnino adferentes, Compendio huic DANZIO-ZOPFIANO adiicere; ſed uerendum erat, ne adiectis eiusmodi quamplurimis linguae ebraeae illuſtrationibus, compendium hocce in Syſtema quoddam linguae ebraeae euaderet, et maiores requireret ſumtus, quam Bibliopola Compendio huic typis recudendo conſtituerat; licet perſuaſiſſimum mihi habeam, eiusmodi obſeruata, ſtudioſiſſime, per longam annorum ſeriem, ad illuſtrandum et amplificandum linguae ebraeae et Grammatices ſtudium, ex innumeris fere optimorum linguae ebraeae Grammaticorum libris

cum

cum ſelectu a me collecta, non potuiſſe non linguae ebraeae ſtudioſis eſſe gratiſſima, atque ad augendam eorum linguae ebraeae notitiam utiliſſima. Poſtquam autem mihi per rationes, antea in medium prolatas, minime licuit, lucubrationes haſce meas, quas non immerito operoſas uocari poſſe certus ſum, cum aliis, eiusmodi deliciarum litterariarum amatoribus communicare, (quod alioqui lubentiſſime feciſſem, quia litterato homini nihil optatius accidere unquam poſſe arbitror, quam ſi lucubrationibus ſuis, opera et ſtudio liberales artes ornandi atque amplificandi ipſi opportuna ſuppeditatur occaſio) iſta hoc quidem tempore in medium, et ad uſum communem proferre non potui. Ab hoc autem conſilii mei gradu deiectus, lectoribus tantum noſtris fidem facio uerbis Virgilianis: (*c*)

Vobis hæc omnia ſeruo

Iampridem a me quidam abducere - - orat. &c.

Sufficere igitur mihi debebat, in noua hac Compendii huius DANZIO-ZOPFIANI editione innumera expurgare literarum atque uocalium, præſertim ebraicarum, uitia, partim correctoris, partim Typothetae proxime praecedentis (*d*) ſecundae

(c) Ecclog. II, v. 42.

(d) Quae prodiit *Ienae* 1742. in 8. pl. 12.

cundae editionis incuria et oſcitantia in Compendium hoc intruſa; qua ipſa opera, attentos oculos atque ſenſus omnino requirente, meum qualecunque officium et bonis litteris, et linguae ebraeae ſtudioſis pro uiribus me quoque praeſtitiſſe, et futurum huius compendii DANZIO-ZOPFIANI uſum longe commodiorem, quam antea fuerat, iisdem reddidiſſe gaudeo, atque ſerena mente, (quae tandem conſtantia ſua uel huius negotii moleſtiam feliciter ſuperauit) Deo ter optimo maximo, in quo uiuimus atque mouemur, pias ago habeoque gratias, pro praeſtito hoc nouo conatibus meis diuino auxilio, omne uel in poſterum perpetuo bonis literis et ornandis et amplificandis, qualecunque, quibusque modis potero, indefeſſum meum conſecrans deuouensque ſtudium. Dab. *Ienae* in Academia Salana, die XX. Aug. CIↃ IↃCC XXXXVIII.

M. IOH. CHRISTOPH. MYLIVS

SYLLABVS CONTENTORVM.

Cap. I. *de Lectione.*

§. 1. *Litterarum* figura, nomina, poteſtas & ordo. Sunt vel

§. 2. Gutturales, Palatinæ, Linguales, Dentales, uel Labiales.

§. 3. I. Mobiles, vel II. Quieſcibiles.

§. 4. I. *Variabiles* tam ratione *Figuræ*, quam II. ratione *Soni.*

§. 5. Radicales vel Serviles, harumque *Situs*, *Vſus*, ac *Punctatio.*

§. 6. Vocalium figura, ſitus, nomen, poteſtas, & ordo.

§. 7. Vocalium Fulcra ׳ & ו.

§. 8. Figura ( ) quando efferatur per O, Kamez chatuph vocata.

§. 9. *Scheva* tam ſimplex, quam Compoſitum: itemque *Patach furtivum.*

§. 10. Affectiones litterarum, vocalium, vocum, quæ?

§. 11. *Dageſch* vel I. Lene, vel II. Forte.

§. 12. *Mappick*, ubi etiam de *Raphe*, Circello, Aſteriſco & Punctorum congerie.

§. 13. Metegh I. vel Adſtrictum, vel II. Laxum.

§. 14. *Makkeph.*

§. 15. Syllaba eſt I. vel Simplex, vel II. Compoſita.

§. 16. Tonus I. ultimæ ſimplicis, II. ultimæ compoſitæ, III. Toni Tranſlocatio.

CAP.

CAP. II. *de Punctorum mutatione.*

§. 17. Præſuppoſita Punctationis, & obſervandæ in ea Cautelæ.

§. 18. Vocalis I. longa ſyllabæ compoſitæ, II. brevis ſyllabæ Simplicis.

§. 19. Defectiva ex Geminantibus Ajin.

§. 20. Dageſch e Gutturalibus & ר excludendum. It. Obſ. 2. ex aliis literis excludendum, & contra, Obſ. 3. imprimendum aliis literis.

§. 21. Vocales in tertiam, vel quartam ante tonum rejectæ, mutabiles.

§. 22. Vocales ad penultimam rejectæ, mutabiles.

§. 23. Vocis *penacutæ* vocalis poſt tonum mutanda.

§. 24. *Concurſus Schevaim*, tam I. Simplicium, quam II. & III. mixtorum, vel compoſitorum.

§. 25. Scheva Gutturalium.

§. 26. Vocalium alternatio Euphonica..

§. 27. Punctorum vocalium Productio, ob accentus Dominos.

CAP. III. *de Nomine.*

§. 28. Nomini quæ accidant.

§. 29. *Forma*, Nomen eſt vel II. *Nudum*, vel III. *Auctum.*

§. 30. *Figura*, Nomen eſt vel 1. Simplex, vel 2. Compoſitum.

§. 31. *Genus* Nominum, quod innoteſcit I. vel ex ſignificatione, vel II. ex Terminatione.

§. 32. *Motio* Nominum.

§. 33.

§. 33. *Flexio* Nominum in Pluralem & Dualem Numerum.

§. 34. *Status* Nominum *Conſtructus*. I. II. & *Emphaticus* III.

CAP. IV. *de Pronomine.*

§. 35. Pronominum diviſio.

§. 36. Pronomina *Integra* I. Perſonalia, II. Demonſtrativa, III. Reciproca.

§. 37. Pronomina *Defectiva*, 1. Relativum, 2. Interrogativum.

§. 38. Pronomina Connexa, 1. Præfixum ה articuli, & 2. ש Relativum.

§. 39. II. *Suffixa*, eorumque Schema. 1. varius uſus, determinate 2. in Nominibus, 3. Particulis, 4. Verbis.

Cap. V. *de Verbo.*

§. 40. Verbum Perfectum, ejusque Affectiones.

§. 41. *Conjugationum* I. Characteres & Formatio II. *Temporum formatio* & *Schema*. III. Specialiora Verbi Perfecti.

§. 42. *Flexio verborum* per numeros, perſonas & genera.

CAP. VI. *de Verbis Imperfectis.*

§. 43. Verba Imperfecta, tam 1. Defectiva, quam 2. Quieſcentia.

§. 44. Verba פ״נ, & huc referenda alia verba.

§. 45. Verba *Geminantia* ſecundam.

§. 46. Verba פ״י, & Obſ. 1. huc relata verba פ״א.

§. 47. Verba Quieſcentia Ajin, alias ע״ו dicta.

§. 48. Verba ל״ה.

§. 49. Verba ל״א.

CAP. VII. *de Particulis.*

§. 50. Particulæ connexæ ומה כלב.

CAP. VIII. *de Figuris.*

§. 51. Figuræ aliquid addentes, vel detrahentes.

§. 52. *Proſtheſis.*

§. 53. *Epentheſis*, I. literar. Quieſcentium, II. Litteræ נ.

§. 54. *Paragoge*, I. Litteræ ה & נ. II. Litterarum א, ו, & י.

§. 55. *Aphæreſis.*

§. 56. *Syncope*, I. Litterarum. II. Punctorum Vocalium.

§. 57. *Apocope* I. tertiæ ה Quieſcentium. II. א, מ, atque ה Paragogici.

§. 58. *Metatheſis*, I. Litterarum, II. Punctorum.

CAP. IX. *de Analyſi inſtituenda.*

§. 59. Conjugationum diſtinctio & determinatio.

§. 60. Radicis inveſtigatio.

בששׁ

CAPVT. I.

DE

LECTIONE.

§. I.

L*iteræ*, quæ apud Ebræos *a dextera verſus ſiniſtram* coordinantur, *ſunt XXII.* eæque omnes *Conſonæ.* Quarum notetur.

Figura,	*Nomen*,	*Poteſtas*, (in pronunt.)	*Ordo*, (ſ. Pot. in num.)
א	Aleph	Spiritus lenis.	1.
ב	Beth	bh.	2.
ג	Gimel	gh.	3.
ד	Daleth	dh.	4.
ה	He	h.	5.
ו	Vau	v. (Vid. §. 4. II. 3.)	6.
ז	Sain	s.	7.
ח	Hheth	hh.	8.
ט	Teth	t.	9.
י	Jod	j.	10.
כ	Caph	χ.	11.

ל	Lamed	l.	30.
מ	Mem	m.	40.
נ	Nun	n.	50.
ס	Samech	s	60.
ע	Ain, Spiritus	aſperrimus.	70.
פ	Pe	ph.	80.
צ	Tſade	ts.	90.
ק	Kuph	k.	100.
ר	Reſch	r.	200.
שׂ	Sin	ſ. durum	300.
שׁ	Schin	ſch.	300.
ת	Tau	th.	400.

Obſ. 1. Quæ in Scriptura S. occurrunt literæ, a figura decenti, vel quantitate, vel qualitate recedentes; aut punctis notatæ extraordinariis; ad ipſum ſenſum aliquid afferunt extraordinarii (a).

2. Litera ע de jure non eſt ἄφωνος: neque tamen per *ng* pronuncianda. Sed adſpirationem, a Gutture protractam, ad palatum allidit, naribus quoque nonnihil affectis. Sonus eius quaſi medius eſt inter *hh* & *g*, ſola viva voce demonſtrabilis. Ob ſui tamen difficultatem, *nunc*, ut olim, *omittitur penitus*.

3. In *Supputatione* (α) numeri, ex diverſis ſpeciebus compoſiti, exprimuntur, majori ad dex-

(a) Ex mente ſc. Criticorum: de quibus vid. editio plenior, p. 3. & ſqq.

dexteram præmiſſo, minori poſtpóſito ad ſiniſtram (b) Hinc

(β) Charaćteres, *Unitatem* alias denotantes, *Centenariis* (c), vel *Denariis* (d) præpoſiti, exprimunt *Millenarios.*

(γ) Numerus 15. ordinarie, & haud raro quoque 16. per ſolas *Unitatis* notas exhibetur; ille quidem per טו, hic per טז.

(δ) *Centenarios* quinque reliquos aut per literas *Finales* (e) exprimunt; aut *regularium* additione (f) conficiunt.

§. 2.

Generatim diſpeſcuntur Literæ primo *ratione Organi*, in pronunciatione præ reliquis affećti, in *Gutturales* אהחע, *Palatinas* גיכק, *Linguales* דטלנת, *Dentales* זסצרש, ac *Labiales* בומף.

Obſ. Literæ unius Organi facile inter ſe alternant.

(b) *Maſora* ad calcem Deuteron. ופרשיותיו יא וסדריו כז ופרקיו לד Sećtiones eius ſunt 11. Periochæ 27. & capita 34. (c) *Maſora* in fine *Exodi* refert, verſus huius libri fore ארט 1209, in *Numeris* ארפח 1288. (d) *Eadem* in fine *Jobi* Edit. Buxt. habet, contineri hic verſus אע i. e. 1070. (e) *Eadem in Levitico* fore verſus ךנט 859. in *Geneſi* אךלד 1534. (f) *Eadem* in *Samuele* verſus אשרו 1506.

§. 3.

Deinde *Ratione Soni*, Literæ ſunt

I. *Mobiles*, quæ, ope vocalis, *ſonum* ſibi competentem *ubivis perſiciunt*; cujusmodi, præter literas אהוי, ſunt omnes.

II. *Quieſcibiles* אהוי in medio ac fine vocis, *deſtitutæ* puncto *vocali*, motum earum indicante, *latitant* actu *quieſcentes*, quælibet *poſt vocalem* ſibi *cognatam*. Nimirum

1. א (α) *poſt* quamcunque *vocalem quieſcit* (g); &

(β) *cum* (∴) præmiſſo ultima radicalis, ad id producendum, *colliqueſcit* (h)

2. ה vero quieſcit (α) ordinarie in fine, (i) cum nec vocalem habet, nec Mappik impreſſum (k)

(β) *in medio vocis* יהוה, *quoties* Præfixo accedente, (:) *literæ* י tollitur (l); nec non in Propriis quibusdam nominibus, quæ e diverſis coaluerunt radicibus (m)

3.

(g) מצאת *ma-tsa-tha* ראשית *re-ſchith*, הפליא *hiph-li.* ראש *roſch*, קרוא *Karu. Imo poſt* (:), *v. g.* וירא *Vai-jar.* (h) פלא *Pe-le.* (i) היתה *ha-jetha*, הנה *hin-ne*, מיה *me*, ראה *reo.* Contra פיה *pi ha.* (k) Sic legitur למינה *lemi-nah*, גבה *ga-bhah.* (l) *v. g.* ביהוה *ba-jova &c. conf. ad* §. 25. II. *Obſ.* 3. (β): (m) *v. g.* עשהאל *Aſa-el.*

3. ו Quatenus eſt fulcrum vocalium Hholem, atque Schurek (n).

4. י poſt (..) (o) & (∴) (p), it. *inter* ו& ( ) (q) *conſtitutum*, *quieſcit*; ac

(ϐ) *Cum* (.) præmiſſo, ad id producendum *liqueſcit* (r).

Obſ. 1. Omnis litera (α) *Mobilis* non vocalizata, cum *Schva* notetur; *quod* a) in medio ac ab initio *ſemper exprimitur* (s). Sed (b) ſub ultima vocis litera ſubintelligitur (t) niſi (1) ante ipſam alia mobilis ſchevanda præceſſerit (u); atque adeo (2) in Pronomine ſecundæ perſon. ſing. fœm. אַתְּ (x) nec non (3) ſub litera ךְ (y).

(β) *Quieſcibiles* autem (:) toties *reſpuunt*, *quoties*, præcedente vocali ſibi cognata, in eadem commode *poſſunt quieſcere*.

Obſ. 2. *Literæ* hæ אהוי (α) ſæpe invicem *alternant*: (ϐ) interdum cum aliis *tranſponuntur*: ac (γ) nonnunquam *eliduntur* penitus.

(n) יוֹם *Jom*, יָקוּמוּ *ja-ku-mu*: contra קָוִי *Ka-vai*. קָוֶה *Kav-ve*. (o) בֵּין *ben*, פְּנֵי *pene*. (p) חַיֶּיךָ *Chai-ie-cha*. (q) פָּנָיו *panav*. (r) אֱלֹהִים *E-lo-him*, וַיְהִי *Vi-hi*. (s) Si ultimæ vocis literæ בְּלִי præponis ת Epentheticum, foret בִּלְתִּי; hinc coll. § 24 l. 1. eſt בִּלְתִּי. (t) e g. בְּרֵאשִׁית *be-re-ſchith*. (u) יָלַדְתְּ *Ja-ladt*, יָפְתְּ *Japth*, נָבַתְּ *na-that*: לָקַחַתְּ *la-ka-acht*; (x) v. g. Ruth. 3, 9. (y) בָּךְ *bach*, אִישֵׁךְ *Iſchech*, דֶּרֶךְ *de-rech*.

Obſ. 3. Quando eædem alicubi dicuntur *quieſcere in vocali* aliqua; tunc punctum vocale ſibi adjectum tollunt, præcedens autem in eam mutant vocalem, in qua jubentur quieſcere.

§. 4.

Porro literarum aliæ ſunt *Variabiles*, *Invariabiles* aliæ: Et hoc tam ratione *Figuræ*, quam *Soni*, Quæ

I. *ratione figuræ* variant, vocantur vel

1. *Finales*, quales ſunt כמנפצ, e quibus מ *in fine vocis* formam aſſumit quadratam (z) Cæterarum vero infima linea, baſis loco transverſim alias ducta, *in fine vocis*, in linea recta deſcendenti protrahitur liberius, in hunc modum ךןףץ (a) Vel

2. *Dilatabiles*, quarum ductus transverſi, *ſpatium decore explendi* ergo dilatantur longius; quales potiſſimum ſunt אהלתם (b)

II. *ratione Soni*,

1. Sex literæ בגדכפת, puncto ipſis impreſſo, adſpirationem, quam connotant, dimittunt (c), Et

---

(z) מָקוֹם *locus*. (a) כַּסְפֵּךְ *argentum tuum*, נָבוֹן *intelligens*, יְעוֹפֵף *volitabit*, נִיצוֹץ *ſcintilla*. (b) Ex. 15, 15. אֵילֵי *robuſti*, יְהוָה v. 16. בִּגְדוֹל *ad magnitudinem*; v. 8. תְּהֹמוֹת *abyſſi*, יָם *mare*. (c) בְּבֶטֶן *bebbe-ten*, גַּג *gagb*, שָׁדַד *ſchä l-dadh*, כַּסְפֵּךְ *Cas-pech*, מִפַּתְבַּג *mip-pat-bagh*, מִתַּחַת *mit-ta-hhath*.

2. ש puncto, in *dextero* cornu collocato, *craſſius* ſonat (d); in *ſiniſtro* lenius (e).

3. ו Initiale, per Schurek motum, effertur ut א (f) Cæteræ ſunt *Invariabiles.*

§. 5.

Denique ratione *Originis*, aliæ ſunt *Serviles*, quæ aptæ, ut *nonnunquam ſerviant*: cujusmodi comprehenduntur vocibus משה וכלב איתן.

Radicales aliæ, quæ *ſervire nunquam poſſunt*: quales ſunt reliquæ.

[Obſ. 1. אברש ſerviunt ab *initio* tantum. יורץ *ubivis* המכן ab *initio* & *fine* tantum.]

2. *Servilis*, ab initio Radicalibus appoſita, eſſentialiter talis, vocatur *Præformativum*, Extraeſſentialis vero *Præfixum*: In fine adjecta, Eſſentialis dicitur *Afformativum*, Extraeſſentialis autem *Suffixum*: quæ vox tamen ſtrictiſſime ſumta, ſola denotat Pronomina inſeparabilia.

3. Ratione Uſus, *Serviles* vel *vocis ſignificationem augent*, vel *variant*, vel ejus *euphoniam* tantum *promovent*.

4. (α) Litera Servilis, Radicalibus ab initio appoſita, punctum regulare amat (:). Et,

(β) Si Præformativa fuerit, etiam prima Radica-

 dica-

(d) שלוש *ſcha-loſch.* (e) שישו משוש *Si-ſu ma-ſos.* (f) *v. g.* ובין *u-bhen*: ut digamma Æolicum. *Conſ. Edit. plen.*

dicalis accipit (·), niſi hanc Dageſch ſequatur, vel litera actu quieſcens (g).

§. 6.

Ut ſonum perficiant literæ, adjiciuntur illis *Vocales* (h), *quinque, breves, totidemque longæ*; brevibus ſuo ſono homogeneæ, vel analogæ, & in Schemate ſeq parallelæ (i).

Breves.	*Longæ.*	
1.) - Patach	Kamez	A
2.) ∵ Sægol	.. Tſere	E
3.) . Chirek parv.	י Chirek long.	I
4.) Kamez chat.	ו Cholem	O
5.) ⋱ Kübbuz, ü	ו Schurek	U

Obſ. 1. Quamvis (*a*) *nec longa vocalis*, ſequentem literam animans, *faſtidioſe* nimis *pro-*

(g) ut יְחִי, תְּחִי &c. (h) Quarum prærogativæ ſunt, (1) per ſe ſonum, ſeu vocem edere perpetuo. (2) literam mutam animare, ſeu movere. (3) accentum ſuſtinere, tam tonicum, quam ordinativum. (4) cum literis, a ſe animatis, conſtituere ſyllabam; nunc ſimplicem, modo compoſitam (i) Quælibet in ſyllaba ſimplici ſonum ſibi competentem pure denotat; In compoſita vero (-) & (.) aliquid impuritatis attrahunt ex E; & (∵) ipſum ac (..) in ſyllaba compoſita immiſcent ſibi aliquid ex A. Qui *ſonus* A *naturalis* eſt, pueris *labia aperiens* omnibus.

producenda ſit: *nec brevis*, ſyllabam terminans, *acceleranda nimium*;

(ε) *Autor* tamen *vocalium, vocali brevi pronunciandæ* nonniſi *ſimplicem temporis moram impendi voluit, longæ vero geminam.*

(γ) Cuilibet etiam *literæ mobili mora temporis ſimplex tribuenda*;

(δ) *Duabus* vero *ante vocalem*, ob ſchva mobile conjunctim *ſonantibus* literis, non niſi *unica* temporis *mora competit.*

2. *Vocalis longa eſt in Syllaba Simplici*, *brevis in Compoſita* (k); *niſi utrobique adſit tonus*, *vel Metegh.*

3. Puncta vocalia accommodent ſe literis, maxime ſuis, (l) ſa pe & ſequentibus (m): quarum pronunciationem, quantum in ſe, promoveant ac facilitent.

4. In pronunciatione vocalium, A labia aperit omnium maxime: quæ deinceps ſecundum ordinem reliquarum, in unaquaque vocali magis magisque contrahuntur arctius.

5. Vocales absque literis poſitæ, literas reſpiciunt, explicationis ergo in margine locatas: literæ vero absque vocalibus, cenſentur multis otioſæ.

Mihi vero, Salvatoris mei ſententiam (n)

(k) Vid. §. 15. Obſ 1. (l) h. e. proxime præcedentibus. (m) deſtitutis nimirum vocali propria. (n) extantem Matth. 5, 18.

omnibus Maſorethis præferenti, ut Scripturam ab omni corruptione mendaque vindicem,

(β) *Vocales absque literis poſitæ, ſunt otioſæ* (o)

(γ) *Litera* vero vel *vocalibus destitutæ penitus,*(p) *vel punctis adſectæ ineptis,*(q) *exornentur ſibi competentibus*; adſcriptis, ſi quæ ſunt, ad literas marginales, rejectis.

§. 7.

Vocalium tres, *Chirek*, *Hholem*, & *Schurek*

I. *Aſſumſerunt* a *Conſonis* adjumentum *aliquod*, uſitate *fulcrum* dictum,

1. *Chirek* quidem literam י (r)

2. *Duæ reliquæ* vero literam ו. Quarum tamen

3. *Chirek* fulcrum iſtud rarius, Cholem frequenter, *Schurek* nunquam amittit. Et

II. Idem *Hholem* præterea *cum puncto diacritico litera* ש in vicinia, quoad formam, *ordinarie coaleſcit.*

1. Cum dextero quidem, quando præcedens

(o) Jud. 20, 13. (..) &(:)abeſſe poſſunt, eodem ſenſu manente. Cum בנימן per meton. idem ſignificet ac בני בנימן *filios Benjamin*, ſeu *Benjaminitas* (p) 2 Reg. 22, 5. בבית legendum בבירת, Jer. 51, 3. ידרך punctari debet ידרך &c. (q) v g. 2 Reg. 18, v. 27. Jeſ. 36, v. 12. חריהם & שיניהם quæ legi debent חראיהם *ſtercora ſua* & שיניהם *urinas ſuas* &c. (r) Vid. §. 3. II. 3. & 4. β.

dens litera mobilis (s) punĉto vocali deſtituitur (t).

2. Cum ſiniſtro vero, quando ipſummet ש vocalem non habet aliam (u) At

III. *Punĉto, in utroque cornu* literæ ש *collocato,*

1. Si præcedens litera movenda, punĉto vocali alio careat, punĉtum cornu dexteri Cholem indicat, ש lenius pronunciato (x).

2. Sin litera ש punĉto vocali careat, eam exhibet punĉtum cornu ſiniſtri, litera craſſius pronunciata (y)

§. 8.

Figura (ָ) *valet* o, & *Kametzchatuph vocatur,*

I. *in Syllaba compoſita,*

1. *Qua* in Schva ſubintelleĉtum terminata, *tono & metegh deſtituitur* (z).

2. *Quum* ante expreſſum (:) *ſimplex poſita,* Me-

(s) Secus רֹאשׁ *roſch*, non *rooſch* רִאשׁוֹן *riſchon*, non *ri-oſchon*; וַיְשַׁלַּח *Vi-ſchal-lach*, non *Vi-jo-ſchal-lach.* &c. (t) חֹשֶׁךְ *cho-ſchech.* (u) שֹׂנֵא *Sone*, oſc. (x) נֹשְׂאִים *no-ſe-im*, portantes. (y) שֹׁמֵר *ſcho-mer*, cuſtos. (z) Id quod præcipue occurrit *in ultima* vocis, *a qua tonus vel ob makkeph eſt ablatus,* vel *ob* ו *converſivum Futuri ad penultimam retraĉtus.* v. g. כָּל־ *col*, complexus, Vid. §. 14. it. וַיָּקָם *Vai-ia-kom*, & ſurrexit Exod. 12, 14. תְּחָגֻּהוּ *techog-gübu*, pro feſto celebratis eum.

Metegh *non habet* ſibi *adjectum*, aut *accentum alium* (a).

Obſ. In שָׁמְרֵנִי (b), עָמְדְךָ (c), מִיּוֹרְדִי (d), רֹדְפַי (e), & juxta Kimchium לְהָרְגְךָ (f) multa exemplaria extraordinarie Metegh habent: quod non obſtat, quo minus (ָ) pronuncietur ut O.

II. *In ſyllaba ſimplici*, per Methegh ſuffulta, *ante* (ָ) (g) *vel* (ֳ) *chatuph* (h) *Gutturalium*, non dageſſchandarum.

Obſ. 1. Sicut in קָרְבָּנָם analogia urget, ut O legas ante (ְ) ac (ֳ) chatuph non Gutturalium; nec non in קָדָשִׁים atque שָׁרָשִׁים, ſub prima, ante (ָ) longum:

2 Ita eadem analogia viciſſim vix admittit euphoniam illam, qua (ְ) literæ ו, aliorumque Præfixorum, prius cum (:) notatorum, quidam efferunt per A.

§. 9.

Diphthongos proprie dictas *non habent Hebræi*; *habent* vero *notam*, *vocalis abſentis* ſub litera mobili

(a) חָכְמָה *bhochma*, ſapientia; contra חָכְמָה *bha-chema*, ſapiens fuit F. לַיְלָה *lai-la* nox, הַמָּוְתָה *bam-mav-ta*, mors. (b) *Schom-re-ni*, Pſ. 16, 1. (c) *Amodcha* Obad. v. 11. (d) *Mi-ior-dbi*, Pſ. 30, 4. (e) *rodh-phi*, Pſ. 38, 21. (f) *la-barogh-cha* 1 Sam. 24, 1. (g) פָּעֳלוֹ *Po-olo*, opus ejus; Deut. 32, 4. (h) פָּעָלְךָ *Po-ol-cha*, opus tuum.

bili indicem, *chateph* dictam, ſeu *ſchva.* Quod *vel Simplex* eſt, *vel Compoſitum.* Compoſitum ſemper movetur: *Simplex* autem (:) vel *Mobile eſt*, vel *Quieſcens*: [de utroque Schvate notentur verſus ſequentes mnemonici:

Poſt longam, ſocium, ſub dageſch, fronte, movetur:

Poſt parvam, ante aliud, nec non in fine, quieſcit]

I. (:) *Mobile*, ante vocalem *occurrit.*

1. Ab initio (i);

2. Poſt vocalem longam, tono deſtitutam (k);

3. Poſt aliud (:) (l); Et ſic quoque

4. Sub litera fortiter dageſſchanda (m)

II. *Schva quieſcit*, poſt vocalem,

1. In fine vocis (n);

2. Poſt vocalem brevem, non notandam cum Metegh; aut poſt longam, tono affectam, (o) atque

3. Ante aliud (:) (p)

Obſ. (-) *Patach* aliquod *furtivum alternat pro*

(i) בְּרֵאשִׁית *bere-ſchith*, in principio, (k) præſente tono quieſcit, e. g. תְּדַבֵּרְנָה *tedbabber-na*, loquentur. (l) Gen. 3, 5. וְנִפְקְחוּ *Venipb-kechu*, & aperientur (m) v. g. Gen. 1, 3. תִּגְּעוּ *tig-geu*, tangetis: Gen. 1, 3. וַיְהִי *Va-jehi*, & fuit. (n) בְּתוֹךְ *bethoch*, in medio. (o) מַבְדִּיל *mabb-dil*, dividens. Contra Gen. 1, 24. וְחַיְתוֹ *Vehha-jetho*, & vivens, Vid. ſupr. I. 1. (p) Gen. 27, 38. וַיֵּבְךְּ *Vai-jebbc*, & flevit.

pro ſchva quieſcenti,

1. *Subintellecto* ſub tribus ultimis vocum literis radicalibus ה (q), ח (r), & ע (s), quoties præcedit aliquam iſtarum vocalis longa, ab *A* diverſa, vel (ֻ) (t),

2. *Pro ſchva exprimendo* ſub Penultimis ח (u), & ע (x) quoties ſequitur eas litera ſchvata.

III. *Schva Compoſitum adjicit figuræ ſimplicis unam ex tribus brevibus vocalibus* (ַ), (ֶ), vel (ָ) *bhatuph*: quarum

1. Quælibet ſonum ſuum retinet, (:) in pronunciatione neglecto (y). ac

2. *Proprie* Schva compoſitum competit Gutturalibus: *improprie*, & ob ſolam Euphoniam, extat etiam nonnunquam ſub aliis (z).

Obſ. Vicarium alternans ſequitur fere naturam ejus, pro quo alternat.

§. 10. *De notis Diacriticis.*

Præter literas, & puncta vocalia, hic etiam obſervanda veniunt Dageſch, Mappik, Metegh, & Makkeph. §. 11.

(q) הַגְבֵּהַ *bagh-beab*, exalta. *Sed ſi ה ſervile ſit, (-) furtivum non adhibetur: v. g. פִּשְׁרֵה *piſchreb*, interpretatio ejus (r) הִשְׁגִּיחַ *biſch-giabh*, proſpexit. (s) שְׁמֹיעַ *ſcha-moa*, audire שׁוּעַ *ſchua*. vociferatio. (t) יְהוֹשֻׁעַ *jeho-ſchua*. (u) לָקַחַתְּ *laka-abht*, ſumſiſti F. (x) שָׁמַעַתְּ *Scha-maat*, audiviſti F. (y) נַעֲשֶׂה *na-aſe*, faciemus. הֱיוֹת *Hejoth*, eſſe. חֳלִי *bholi*, morbus. (z) v. g. וּזֲהַב & *aurum*. Gen. 2, 12.

§. II.

Dageſch eſt punctum, ventri literæ impreſſum, ſpecialem ejus indicans pronunciationem. Diſtribuitur in *Forte* ac *Lene* (a).

I. *Dageſch lene*, quod *e ſex literis* בגדכפת *aſpirationem tollit*, imprimitur illis,

1. *Ab initio* totius periodi (b)

2. *Poſt quieſcens ſchva*, aut ejus vicarium (c), vel *vocis ejusdem*, (d) vel *præcedentis* (e): nec non (β) poſt (:) mobile vocis שְׁתַּים (f)

Obſ. *Dageſch L. non imprimitur poſt* (:) *quieſcens* Imperativi ac Infinitivi Kal, ſub Secunda radicali (g)

2. Ex vocali longa ortum (h):

3. Ob præfixum, in nominibus (i);

(a) Differunt inter ſe, quod *forte* ſemper vocalem [veram immediate] præmiſſam habeat, *lene* nunquam. (b) Gen. 1, 1. בְּרֵאשִׁית *bere-ſchith*, in principio. (c) Scil. (-) furtivum. (d) וַיַּבְדֵּל & *diviſit*. יָדַעַתְּ pro יָדַעַתְּ coll. §. 9. II. Obſ. 2. *cognoviſti* F. (e) דָּרַךְ כּוֹכָב *da-rach co-chabh*, procedit ſtella. [Sic Gen. 1, 1. בְּרֵאשִׁית בָּרָא *bere-ſchith ba-ra*: literæ ב in בָּרָא dageſch lene impreſſum eſt, propter ſchva ſubintellectum præcedentis ת, vi §. 3. obſ. 1.] (f) v. g. Gen. 5, 18. Ita c. 4, 19. שְׁתֵּי c. 14, 4. שְׁתַּים (g) Ioſ. 2, 5. רִדְפוּ *perſequimini*, Num 35. 12. עָמְדוֹ *ſtare eum* &c. (h) מַלְכֵי *Reges*, ex מְלָכִים (i) בִּכְתָב *in ſcripto*, בִּגְדוֹל *ad magnitudinem*.

4. Poſtpoſitum vocali, ex ſchva compoſito factæ (k);

5. Ex (.) correptum, ob ה Paragogicum, vel Locale (l);

6. Ante כ Suffixum,(m) vel tertiam radicalem vocis בֶּגֶד (n) Neque

7. Si litera aſpirata fuerit ante וּת ejusque pluralem (o).

3. *Poſt* ſyllabam *ſimplicem præcedentis vocis*, vel (α) *penacutæ* in (,) *exeuntis* (p); vel (β) *cum accentu Domino* (q), aut Pſik(r) *notatæ*.

Obſ. Si ſyllaba dageſſchanda tono deſtituitur, aſpirata manet initialis, poſt ſimplicem, etiam penacutam (s).

4. Si *aſpirata ſchvata* (t), fuerit *ante* aſpiratam *eandem* (u), *vel ejusdem organi* (x)

II.

(k) נֶהְפְּכוּ it. תָעָבְדֵם *toobb-dbem*, cogeris ſervire illis. (l) בַּיְתָה *in domo*: contra נֶגְבָּה *ad meridiem*, ex נֶגֶב. (m) אֲכָלְךָ *comedere te*. (n) בִּגְדִי *veſtis mea*. (o) מַלְכוּת *imperium*, מַלְכִיּוֹת. (p) זָבַחְתָּ פֶּסַח *mactabis Paſcha*, עָלֶיךָ פָּרֶץ *ſuper te ruptura* (q) בְּצַלְמוֹ בְּצֶלֶם *ad imaginem ſuam: ad imaginem* &c (r) Gen. 18, 21. עָשׂוּ | כָּלָה *fecerint conſummationem*. (s) v. gr. Gen 47, 14. בֵּיתָה פַרְעֹה *in domum Pharaonis*. (t) Secus vocalizata, ut אִשָּׁה בִבְתוּלֶיהָ *mulierem in virginitate ſua*. וְהָיְתָה בָבֶל *& erit Babylonia*. (u) נִשְׁכְּבָה בְּבָשְׁתֵּנוּ *dormiemus in opprobrio noſtro*. (x) יִרְדֶּנּוּ בְּפָרֶךְ *dominetur ei per odium*.

II. *Dageſch forte literas* (quibus omnibus, præter Gutturales & ר inſcribi poteſt) aſpiratione, ſicubi ſit, ablata, *duplicat.*

Eſtque *triplex: Characteriſticum* (y), *Compenſativum* (z), atque *Euphonicum* (a)

Obſ. 1. Horum *quodlibet ex literis ſchvatis* (vel ſchvandis) *ſæpe excidit*: defectu Characteriſtici & Compenſativi per Metegh notando, præcedenti vocali brevi, tono deſtitutæ, adjectum (b)

2. Contra, quodlibet horum, ad analogiam communem, deprehenditur quandoque literæ ר inditum. Et quatuor in locis, contra omnem analogiam, literam א onerat.

§. 12.

1. *Mappik* eſt punctum, quod *literæ* ה *finali*, vocali deſtitutæ, *impreſſum, indicat eam moveri:* (c) ac proinde etiam,

2. *Secundæ radicali*, natura mobili, *quieſcentium verborum tertia*, illico *imprimendum eſt*, quoties

B

(y) לִמֵּר *diſcere fecit*, vel *docuit*; גְּנֹב גֻּנַּבְתִּי *mero furto ablatus ſum.* (z) אֶגּוֹף *percutiam*, ex נָגַף; מַבּוּל *diluvium*, ex נָבַל; אֶקַּח *ſumam*, ex לָקַח. (a) מִקְּדָשׁ *ſanctuarium*, pro מִקְדָּשׁ יִקְּהַת *obedientia*. [*De Euphonico* vid. § 20. obſ. 3.] (b) מְבַקְשִׁים pro מְבַקְּשִׁים *quærentes* יִקְחוּ pro יִקְּחוּ *accipient*, ex לָקַח coll. 44. Obſ. 3. (*a*) (c) גָּבַהּ *turgidus fuit*, כָּמַהּ *deſiderat*, נָגַהּ *fulſit*, תִּתְמַהּ

Comp. Zopffii. *mira-*

ties ultima litera per Apocopen abjicitur (d)

Obſ. 1. *Raphe*, lineola transverſa ſuperne collocata, *indicat, literam* ea *affectam, absque Dageſch* (e) *vel Mappik* (f) *eſſe efferendam*; quoties ſc. hæc videbantur imprimenda.

2. Circellus, vel aſteriſcus, aut punctorum ſupra literas congeries, notam indicant Maſorethicam, in margine, vel ſub calcem, collocatam.

§. 13.

Metegh eſt lineola perpendicularis, *vocalis, hac lineola affectæ, ſonum decore & cum Euphonia, ſed absque tono, ſufflaminans.*

Eſtque duplex, *adſtrictum* aliud, ſeu *preſſum*; aliud *Laxum.*

I. 1. *Metegh adſtrictum*, in ſyllaba ſimplici, ſæpius *adjicitur vocali* tertiæ (g), vel quartæ (h) ante tonum: 1. *Longæ* ante longam aliam.

2. *Cuivis ante Schva compoſitum* vocali: *Longæ* quidem, ne qua ſui parte truncetur (i) *brevi* vero, ad tertiam moram ſupplendam (k).

3. *Brevi* (a)

---

miraberis, אֱלֹהַּ *Deus.* (d) 2 Sam. 15, 28. מִתְמַהְמֵהַּ *cunctans ſum*, ex מהה, coll. §. 41. III. 5. (e) (e) Exod. 20, 13. לֹא תִרְצָח׃ לֹא תִנְאָף׃ לֹא תִגְנֹב *Non occides: non mœchaberis: non furaberis.* (f) Num 32, v. 42. לָה pro לָהּ *ei.* (g) הָרֹמֶשֶׂת *reptans*, וַתֵּרָאֶה & *videbitur* לְמִינֵהֶם *juxta ſpecies ſuas*, תְּשׁוּקָתוֹ *occurſus ejus.* (h) מֵחֶלְבֵהֶן *de pinguedinibus* earum (i) הָאֲדָמָה *hæc humus.* (k) אֶעֱשֶׂה *faciam,* אָהֳלוֹ *O-holó, tentorium ejus.*

(α) *ante eandem* brevem, *ex Schva compoſito factam* (l): aut

(β) poſtquam Dageſch characteriſticum, (m) aut compenſativum (n) excidit.

4. *Ante* (:) *ſimplex* longæ, (o), vel brevi, pro longa alternanti (p).

Obſ. 1. Metegh hoc neceſſarium ſæpe abeſt, (q) ex ſola analogia ſupplendum.

2. Ob duplicem cauſam, duplex ſubinde Metegh accumulatur in voce eadem (r)

3. Pro Metegh alternat nonnunquam accentus ordinativus (s)

II. *Metegh laxum* datur.

1. Ad vocalem brevem, in ſyllaba compoſita,

(α) Primæ radicali verborum הָיָה (t) & חָיָה (u) præmiſſam, perpetuo

---

(l) נַעַבְדֶנּוּ *ſerviemus ipſi*, ex נַעֲבֹד. Sic ex modo citato אֶעֱשֶׂה fit אֶעֶשְׂךָ *comparabo te*; ex altero בְּאָהֳלְךָ *in tentorio tuo*, (m) הַלְלוּ־יָהּ. (n) Gen. 1, 24. וְחַיְתוֹ & *vi-vens*, ex חַיַּת rad. חיי. (o) הָיְתָה *fuit*, תֵּלְדִי *paries*, תִּירְאִי *timebis*, תּוֹלְדוֹת *generationes*, וּלְהַבְדִּיל & *ad dividendum.* (p) וַיִּרְאוּ & *timuerunt*, גְּבֻלְךָ *terminus tuus.* (q) Nominetenus proxime ante tonum, ubi ſchva non interceſſerit. (r) וַאֲבָרְכָה & *benedicam.* (s) Gen. 12, 2. וַאֲבָרֶכְךָ & *benedicam tibi* (t) יִהְיֶה *erit*, בִּהְיוֹתָם *in eſſe eos.* אֶהְיֶה *ero*, וֶהְיֵה & *eſto.* (u) תִּחְיֶה *vives*, לִחְיוֹת *vivere*, וֶחְיֵה & *vive.*

(β) Polyſyllaborum, in tertia vel quarta ante tonum; ſive natura talium, (x), ſive propter Makkeph (y);

2. Ad (:) initiale literæ, vel

(α) Difficulter cum ſequenti in unam ſyllabam coaleſcentis (z), vel

(β) Pronunciatu difficilem attingentis (a).

§. 14.

Makkeph eſt lineola, transverſim communi literarum vertici in fine addita; quæ *vocem hac lineola affectam, ablato tono, ad continuam cum ſequente voce pronunciationem copulat* (b)

§. 15.

Ex litera atque vocali, uno halitu comprehenſis, oritur Syllaba: quæ vel *Simplex* eſt, vel *Compoſita*.

1. Syllaba *ſimplex*, in qua *unica* eſt, vel ſimplex *Conſonantium mora*; atque adeo (quoad ſonum) *deſinit in vocalem* (c).

2. *Compoſita* vero *ex pluribus Conſonantium moris conſtat*; atque adeo *deſinit in* ſonum *Conſonantis* (d).

Obſ.

(x) הִשְׁתַּחוּ *incurvarunt ſeſe*, הַמַּאֲכֶלֶת *culter*. (y) Ex. 32, 8. וַיִּשְׁתַּחֲווּ־לוֹ וַיִּזְבְּחוּ־לוֹ *& incurvarunt ſe illi, & ſacrificarunt eidem.* (z) וְנָשׁוּבָה *& revertemur.* (a) שְׂאוּ *proferte*, לְחֵלְכָה *in pauperem.* (b) אֶל־מָקוֹם *el-ma-kom*, ad locum, אֶת־כָּל־עֵשֶׂב *eth-col-eſchebh*, omnem herbam, אֶת־כָּל־אֲשֶׁר־לוֹ *eth-col-aſcher-lo* i. e. omne quod ipſi. (c) תֹּהוּ it. תַּאֲבָה utraque utrinque ſimplex eſt. (d)

Obſ. 1. Quælibet *ſyllaba triplicem temporis moram requirit:* non plures integras, nec pauciores; niſi tonus adfuerit, vel meteph.

2. Nulla ſyllaba incipit a vocali, a conſonante omnes.

3. In quacunque voce tot ſunt ſyllabæ, quot ſunt veræ vocales.

§. 16.

1. *Tonum vox vel in Ultima habet*; ac dicitur Milra; *vel in Penultima*, quæ vocatur Millel: in Antepenultima nunquam.

2. *Sedes toni dignoſcitur ex* ſyllaba *ultima*: cujus vocalis brevis vel longa, prouti eſt in ſyllaba ſimplici vel compoſita, nunc penultimam acuit, nunc ultimam; *habita ubivis*, tam in ſyllabis, quam vocalibus, *oppoſitorum ratione oppoſita.* Scil.

Vocalis *longa*, *acuit penultimam* (e), *brevis ultimam* (f), non paragogicam (g). Sed

Obſ. 1. *Ultimam acuunt*

(α) vocales per ſe *longæ ante* א (h) & ה (i) tam radicale, quam ſervile: it.

 (β)

(d) וַיַּבְדֵּל it. הַמַּבּוּל omnes ſunt compoſitæ. (e) גֹּמֶא *go-me*, §. 3. II. 1. (β). בָּנֶיךָ *ba-né-cha*, קָנִיתִי *ka-ni-thi*, כַּסָּמוֹ *ciſ-já-mo*, בֹּהוּ *bó-bu*, חָטָאנוּ *cha-tá-nu.* (f) מִקְנֶה *mik-né* (g) אֵלֶּה *é-le.* (h) מָצָא *ma-tsá*, יָרֵא *ia-ré*, &c. contra דֶּשֶׁא *dé-ſche.* (i) הָיָה *ba-já*, הִנֵּה *bin-né*, רָאֹה *ra-o*, מַלְכָּה *mal-ká.*

(β) *Servilia aſſyllabica* ־ִי (k) ־ִי (l) (atque Ebræorum ־ִי (m), ־ו (n), ac *Syllabicum* ־ךָ (o): præter *Afformativa* in *Hiphil*, (p) ac in omnibus *levibus* Conjugationibus Verborum, per mediam radicalem *Imperfectorum* (q): ubi *penacuta manent*. Atque ita, more ſuperiorum

2. *penultimam acuit*

(α) ־ָה *Paragogicum* (r), aut *Locale* (s): niſi litera in verbis, ultimam radicalem præcedens, ſchvata ſit (t), aut in nominibus (;) præcedat geminum (u).

(β) ־ָה *Intendendi* (x).

(γ) ־ִי־ָה *Afformativum Hiphil*, extra verba ultimi ה quieſcentis (y).

(δ) ה *Afformativum levium in Geminantibus* (z), *aut quieſcentibus* (a) *Ajin*; extra Participia. (ε)

(k) אַפִּי *ap-pé*. (l) נַפְשִׁי *naph-ſchi* (m) מִינוֹ *mi-nó*. (n) כֻּלּוֹ *kil-lú*. (o) בִּנְךָ *bin-chá*. (p) הִגִּידִי *hag-gi-dhi*, תַּגִּידוּ *tag-gi-dhu*. (q) רָנִּי *rón-ni*, רֹנּוּ *rón-nu*, קוּמִי *kú-mi*, קָמוּ *ká-mu*. (r) הָבָה *há-bha*, *da*, מְלַמְעְלָה *milemá-la*, inde ad ſuperius. (s) צָפֹנָה וָנֶגְבָּה וָקֵדְמָה וָיָמָּה *za-phó-na*, *va-neg-bba*, *vakédh-ma*, *va-jám-ma* (t) נֵרְדָה *ne-redhá*, deſcendemus. (u) מִזְרָחָה *mis-rehhá*, ad ortum, (x) אֵימָתָה *E-má-tha*, terror maximus. (y) הוֹשִׁיעָה *ho-ſchi-a*, ſervavit F. (z) סַבָּה *ſáb-ba*, circuivit F. (a) קָמָה *ká-ma*, ſurrexit F. רָמָה *rá-ma*, extulit ſeſe F.; Sed רָמָה *ra-má*, excelſa.

(a) ה ַ Suffixum, vel tertiæ ſing. fœmin. Præteritorum additum (b), vel compoſitum cum נ Epenthetico (c).

II. *Ultimæ* ſyllabæ *compoſitæ* vocalis *longa acuit ultimam*, (d) *brevis penultimam* (e). Sed tamen Obſ. *Ultimam* compoſitam *acuit* vocalis *brevis*.

1. Alternans pro longa (f).
2. Ob ſtatum conſtructum talis (g).
3. Trium Conſonantium (h).
4. (ֶ) ante ם (i) & ן (k) ſervilia.
5. (ַ) ante tertiam radicalem Verborum (l).
6. Terminationis י ַ (m).
7. Vocis, quæ, extra præfixum, foret monoſyllabica (n).
8. Quatuor [pluriumque] radicalium (o).

III. *De ſede* jam *conſtituta*, ob novam emergentem cauſſam, *tonus translocatur* varie. Sæpe enim

---

(b) חִלְּקַתָּה *chil lekát-ta*, *diviſit eam* (c) תֹּאכְלֶנָּה *to-chalen-na*. (d) מָקוֹם אֶחָד *makóm-echádh*. (e) הָאָרֶץ *ha-árets*, terra hæc. (f) דִּבֵּר *dib-bér*, Vid. §. 26. vſ. 2. (g) מִשְׁכַּן *miſch-cán*, ex מִשְׁכָּן, it. מִזְבַּח *miſ-bábh*, ex מִזְבֵּחַ. (h) אָמַרְתְּ *a-mártb*. (i) אֲמַרְתֶּם *amar-tém*, אֶתְכֶם *eth-chém*. (k) רְאִיתֶן *rei-thén*, אֲבִיכֶן *abbi-chên*. (l) קָטַל *ka-tál*, &c. (m) פָּנַי *pa-nái*. (n) מֵעַל *me-ál*. Quod & contingit ultimæ ſyllabæ ſimplici cum vocali longa, v.-g. וַיְהִי *va-jehí* &c. (o) בַּרְזֶל *bar-sel*.

(α) *Ex ultima* tonus *retrahuur ad penultimam*, ſcil.

1. Ob ו Converſivum Futurorum.
2. Ob accentum Dominum.
3. Ob particulam עַל præcedentem.
4. Ob tonum immediate ſequentem.
5. Ob Dageſch euphonicum, literæ מ vocis לָמָּה inditum. Et vice verſa

(ϐ) *Ex penultima tonus dimittitur ad ultimam,*

1. Ob ו converſivum Præteritorum.
2. Ob accentum miniſtrum, vel diſtinctionis minoris, in אַתָּה *tu*, אָנֹכִי *ego*, ac עַתָּה *nunc*.
3. Extra hujusmodi caſus, in afformativis י, & ה — Quieſcentium ac Geminantium Ain; potiſſimum tono immediate præcedente, aut ab initio verſuum.

